



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XVI. De Ministro ad candelam seruiente Episcopo celebrante.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

ad Altare, vbi in suo loco reponunt candelabra sua.

9. Postremò iuuant in reponendis paramentis pontificalibus more solito.

TITVLVS XVI.

De Ministro ad candelam seruiente.

1. **A** Colythus candelam accensam deferens dextra, ex instrumento quod Bucia dicitur, super pelliceo indutus esse debet cum socio suo de libro seruiente, & cum eo pari disciplina procedet.

2. Dum Episcopus legit Psalmos *Quam dilecta* etc. orationes ad paramenta, Introitum Missæ, *Gloria in excelsis* Orationem, Epistolam cum Graduali; symbolum, Offertorium, aliaque in Missa semper lumen ministrabit, & regulariter cum socio suo ad librum seruiente à dextris Episcopi, etiamsi aer sit lucidus & Episcopus lumine non egeat ad legendum. Cum verò Episcopus est ad Altare, Minister de libro ad illud accedere non debet, cum eo opus non sit, sed sufficit ille de candelam.

3. Ad Vesperas cum Episcopus incipiat primam Antiphonam, Hymnum, Antiphonam ad *Magnificat* & cantabit orationem, candelam etiam sustinere debet à dextris Episcopi.

4. Quando Episcopus de sua sede ad Altare procedit aut ad faldistorium descendit, semper eum sequitur cum ministro de libro, si opus est, & quando redit, eum sequuntur, hoc est initio Missæ, & post offertorium, non verò quando ad Vesperas thurificaturus est Altare.

5. Quando Episcopus priuatim celebrat, ipse qui

onunt candelabra
onendis paramen-

serviente.

centiam deferens
quod Buciadici-
debet cum socio
eo pari disciplina

Amos *Quam dile-*
Introitum Mis-
Epistolam cum
ium, aliaque in
, & regulariter
e à dextris Epi-
scopus lumine
verò Episcopus
illud accedere
ed sufficit ille de

s in tonabit pri-
Antiphonam ad
candelam er-
scopi.

sed ad Altare
endit, semper
ro, si opus est,
hoc est initio
erò quando ad
celebrat, ipse
qui

De officio scutiferorum seu familiarium &c. 555

qui de libro inseruit lumen ministrare debet, cum opus est, nimirum dum Episcopus aliquid ex libro legit. Alter ampullas ministrabit & Calicem aprabit, eum cooperiendo & discooperiendo. Ambo ministrabunt ad lotionem manuum, mantile hinc inde sustinendo, & etiam ministrabunt cum Episcopis sacris induitur vel exiit vestibus.

TITVLVS XVII.

*De officio scutiferorum seu familiarium
Episcopi.*

1. Scutiferi induti decenti habitu clericali, si-
ue superpelliceis, non autem calcatibus &
armis regulariter stare debent ad Credentiam
nudo capite, facie ad Episcopum conuersa, nec
inde discedunt, nisi quando Episcopum exiunt
& calceant communibus indumentis & calcea-
mentis. Ad minus duo, & ad summum quatuor
assistere debent, & seruiunt ad lotionem ma-
nuum Episcopi incipiendo à iunioribus, vnus-
quisque per ordinem vice sua. Quater enim Epi-
scopus in Missa solemni lauat manus, *Primò* se-
dens antequam capiat paramenta, deposita cap-
pa seu Mantiletto recto capite. *Secundò* post of-
fertorium in sua sede cum mitra sedens. *Tertiò*
post incensationem oblatoium ad Altare cum
mitra. *Quartò* post factam communionem &
sumptam abluitionem digitorum stando & cum
mitra.

2. Scutiferi eundo & redeundo pro mini-
stranda aqua semper genuflectunt vsque ad ter-
ram ante Altare, sicut etiam ante Episcopum, &
aduertere debent ne aquam lotionis in terram

*Cavens.
Episc. lib. 8.
c. 11.*